

INDEX GEOGRAPHICUS.

DAPHNE, 1. Machab. 4. v. 33. locus & lucus prope Antiochiam magnam, profani etiam scriptoribus notus propter Apollinis & Daphnis fabulam. Unde Antiochia supra loco citato fecus Daphnem nuncupatur.

DAPHNIS, Num. 34. v. 11. fons in primis limitibus terræ promissæ ad Orientem.

DAROM, LXX. Ezech. 10. v. 46. qui hanc vocem tamquam propriam retinuerunt, ubi s. Hier. Aphricum posuit in nostra versione. Alibi s. Hier. Hebream vocem Δαρων, Astrum vel Meridem reddit. Itaque certum est Darom, Meridem, vel Meridianam plagam significare. Atque ex eo scimus illam partem Iudeæ, que maximè Australis est, à s. Hier. per vocem Darom vel Daroma intelligi.

DATHEMAN, 1. Machab. 5. v. 9. arx & propugnaculum in Galaditide.

DEBBASETH, Iosue 19. v. 11. locus in tribu Zabulon inter mare & Sarid.

DEBBORA PALMA, Iudic. 4. v. 5. inter Rama & Bethel in monte Ephraim.

DEBERA, Iosue 15. v. 7. locus in limite tribù Iuda contra Benjamin.

DEBLATHA, Ezech. 6. v. 14. fortè eadem que Ierem. 48. v. 22. Deblathaim vocatur, & ponitur in confino Israelitarum & Moabitarum. Significat hæc vox Palathæ, seu massam cariarum, vel fierum.

DEBLATHAIM. Vide Deblatha.

DECAPOLIS, Math. 4. v. 25. & saepius, tractus qui à decem urbibus nomen habet. Urbes haec, iuxta Nicol. sanson, sunt Bethsan fave Scytopolis, Tarichæa, Tiberias, Iotapata, Bethsaïda, alias Iulias, Capharnaum, Corozain, Gerasa, Gadara, Gamala & Hippus: ubi quidem undecim ponit. Alii alteras civitates numerantur; & ex omnibus nil certi statui potest.

DEDAN, Ierem. 25. v. 23. & frequentius, in qua regione sit, non satis declaratur. S. Hier. in Idumæa ponit, fortè quod ei subjiciatur Thæma, que videtur urbs fuisse apud Ismaelitas; cum unus filius Ismaelis diceretur Thæma, Gen. 25. v. 15.

DEDANIM, Isaia 21. v. 13. eadem que Dedan.

DELEAN, Iosue 15. v. 38. urbs in tribu Iuda.

DELUS, 1. Machab. 15. v. 23. secundum s. Hier. una è Cycladibus insulis, in qua celebre olim Apollinis oraculum. Hæc insulis circumvicinis Cycladum nomen dedit, quod penes Delum quasi in circulum sint positi.

DENABA, Gen. 36. v. 32. civitas Bela, filii Beor, in terra Edom, post quem regnavit Iobab seu Iob.

DERBE, Act. 14. v. 6. dicitur civitas Lyconiae. Ptolemaeus putat esse in Cappadocia, alii in Cilicia, alii in Isauria; sed vicinae sunt regiones illæ.

DESERTUM, Gen. 16. v. 7. & saepissime deserta occurrit in S. Scriptura. Hebrei autem quæcumque loca inculta, & montes presertim, deserta vocant: unde apud ipsos deserta erant arida & etiam effœta, amœna, & paluis uberrima, ut patet ex Pl. 64. v. 13. Ierem. 9. v. 10. Ios. 1. v. 20.

DESSAU, 2. Machab. 14. v. 16. castellum in Iudeæ.

DIBON, Num. 21. v. 30. iuxta Arnonem, saepius commemoratur in Script. Hæc in tribu Ruben fuit, ut Iosue 13. v. 17. vel in tribu Gad, ut indicatur Num. 32. v. 34. vel potius in utriusque confinio, ac ob id utrique tribui adscribitur.

DIBON, 2. Esdræ 11. v. 25. urbs in tribu Iuda.

DIBONGAD, Num. 33. v. 45. mansio filiorum Israël in deserto.

DIMONA, Iosue 15. v. 22. civitas in tribu Iuda.

DIORYX, Eccli. 24. v. 41. Aliqui confundunt cum Araxe Armeniæ fluvio, qui dorynx etiam fuit appellatus. Verum dioryx non est nomen proprium, sed appellativum, fossilium seu alveum fluvii significans.

DIOPOLIS, s. Hier. & LXX. Ezech. 30. v. 14. 16. ubi in Hebreo est Νο, pro quo s. Hier. Alexandram veitit. Est apud autores prophanos urbs in Egypto, dicta Diopolis. Interim vide Lydda.

DITHALASSUS, Act. 27. v. 41. Iosum significat hinc inde mari cinctum ad modum istmi: unde nomen est appellativum. Dithalassus autem, de quo supra in Actis, est ad oram insulæ Melithæ, Boream versus, hodie etiam proper naufragium S. Pauli celebris, est portus, s. Pauli dictus.

DOCH, 1. Machab. 16. v. 15. munitiuncula in campo Iericho.

DODANIM, Gen. 10. v. 4. & 1. Paral. 1. v. 7. ubi LXX. habent Rhodio: unde Rhodium insulam nonnulli intelligunt.

DOMMIM, 1. Reg. 17. v. 1. locus certè est in tribu Iuda, nam Socho & Areca, quartum ibidem sit mentio, fuerunt in tribu Iuda. In Hebreo, pro eo quod apud nos est, in finibus Dommin, dicitur Ephes Dammin: & in nostra versione 1. Paral. 11. v. 13. dicitur ab interprete nostro Phœdom.

DOMUS SALTÙS LIBANI, 3. Reg. 7. v. 2. quam edificavit Salomon, non in monte Libano, sed absolute in monte Moria, prout ex S. Script. & præsertim ex Iosepho probat potest.

DOR, Iosue 17. v. 11. & 1. Paral. 7. v. 29. Verum 1. Mach. 15. v. 25. & apud Iosephum, Dora appellatur. Civitas in dimidi tribu Manasse cis-Iordanina. Ab hac Dor, regio circumiecta Provincia Dor appellatur Iosue 11. v. 2. & cap. 12. v. 23, ubi in Hebreo habetur נָפְתָחָד Naphothdor; quam vocem retinuerunt LXX. & etiam noster Interpres in nostra versione 3. Reg. 4. v. 11. Hinc vocibus, que ad compositionem occurrit, commutatis, dicitur à s. Hier. Dornapheth. Significat autem Dor, generationem, vel peregrinationem. Fuisse autem hanc urbem & regionem ad mare, liquet ex Iosue 11. v. 2. & 1. Machab. 15. v. 14.

DOTHAIN, Gen. 37. v. 17. & frequentius, locus, qui tempore s. Hier. in duodecimo à Sebaste millario contra Aquilonis plagam ostendebatur.

DRYS, id est quercus mambre iuxta Chebron. s. Hier. Gen. 13. v. 18. vocatur in nostra versione convallis mambre quod vide supra.

DRYS, id est quercus in Ephrata in tribu Manasse, unde fuit Gedeon. Euseb. Verum, cum Ephrata non fuerit in tribu Manasse, queritur qualiter Eusebii verba verificantur: pro quo Bonfr. loco Ephrata, legi vult Ephra, & quæstio cessabit.

DUMA, Isaia 21. v. 11. significat ibi Idumæam, prout eo loci ponunt LXX. Etate s. Hier. erat vicus grandis in tribu Iuda in Daram, hoc est ad Australem plagam, in finibus Eleutheropoleos, decem & septem ab ea millariis distans, nomine Duma.

DURA, Dan. 3. v. 1. campus in Babylonie.

DYSMEMOAB, LXX. Num. 21. v. 1. ētūsper Moab, ad occidentem Moab. Et frequentius occurrit.

E

ECBATANA, Judith 1. v. 1. Media Metropolis; cuius editor fuit Arphaxad. Ecbatana, Tobia 5. v. 8. videatur fuisse mons eius nominis in Media. Utrum illa Ecbatana, cuius mentio fit 2. Machab. 9. v. 3. eadem sit Media Metropolis, meritò dubitari potest. Videri posset in Perside vel in Babylonie ea esse urbs, & distincta à Metropoli Mediorum.

EDEMA, Iosue 19. v. 36. urbs in tribu Nephthali.

EDEN, Heb. & LXX. Gen. 2. v. 10. ubi in nostra versione ponitur de loco voluptatis. Ezech. 27. v. 23. ponit Eden regionem in Asia iuxta Mesopotamiam, iuxta que loca fuisse Paradisum terrestrem, probabilissimum est. Disputatur num apud LXX. Paradisus in Eden, vel Paradisus Eden ab appellative, Paradisus voluptatis; num Paradisus Eden ab Eden regione, in qua constitutus erat, vociteretur.

EDEN, 4. Reg. 19. v. 12. & Isaia 37. v. 12. Hæc dicitur esse in Thalassar seu Thelassar: potest autem cum regione Eden supra confundi, cum efficaces rationes distinguendi non occurrant.

EDER, Iosue 15. v. 23. urbs in tribu Iuda.

EDOM, Gen. 32. v. 3. & frequentissime. Regio est seu terra Idu-

INDEX GEOGRAPHICUS.

Idumæa, que sic appellatur ab Esau, qui fuit dictus Edom, & cuius posteri terram illam inhabitarunt.

EDRAI, Deut. 1. v. 4. altera sedes regia Og regis Bafan. Vide Num. 21. v. 33. & seqq. & Deut. 3. v. 1. & seqq. Est in dimidia tribu Manasse ultra Iordanem.

EDRAI, Iosue 19. v. 37. civitas in tribu Nephthali, quam cum Enhaſor, cui coniungitur, confundit Nicol. Sanſon.

EGLON, Iosue 15. v. 39. & plures, urbs tribù Iuda. Eam esse Odollam habet s. Hier. Verum s. Scriptura videtur inter eas aperte distinguere, Iosue 15. v. 35. & 39. ubi priori verso citato cap. 15. ponit nostra Vulgata Adullam.

ELATH, s. Hier. Vide Ailath supra.

ELCECE, s. Hier. in procœm. in Nahum, ubi ait viculum esse Galilæa. Patria fuit Prophetæ Nahum, qui cap. 1. v. 1. fuit Prophetæ dicitur Elcæsus. In tribu Nephthali eum locum collocat Adriomius.

ELEALE, Num. 32. v. 3. & 37. & frequentius, civitas Amorrahorum in Galad, quoce cedit in fortem tribù Ruben. Etate s. Hier. ostendebatur villa grandis in primo ab Esbus millario.

ELEPH, Iosue 18. v. 28. urbs in tribu Benjamin.

ELEUTHEROPOLIS, cuius in scriptura nulla fit mentio; est enim urbs posterioris ævi, & post excidium Ierosolymitanum extructa, cuius saepe in libro de locis Hebraicis meminit s. Hieron. Videtur fuisse urbs in tribu Iuda, ad Philistæorum vergens regionem.

ELEUTHERUS, 1. Machab. 11. v. 7. & c. 12. v. 30. est Syria fluvius, etiam apud Ioseph. Strabone, Plinius, & Ptolemaeum. De huius fluvii fontibus, progreſſu, & ostiis, aliquid certi se posse promere, desperat Bonfr.

ELICE, Judith 1. v. 6. Vocatur illic Elici, quod nomen num sit urbis ad instar Parisi Parisiorum, an vero gentis, obscurum est. Græcæ ἐλέκτης, sunt autem Elymæ populi Assyria Suthane vicini.

ELIM, Exod. 15. v. 27. locus in deserto trans mare rubrum.

ELIM, Isaia 15. v. 8. puteus apud Moabitas.

ELISA, Ezech. 27. v. 7. verisimilius cum Prophetæ eo loci commemorare insulas Elisa, incertum est quænam prefata sunt insulas. Videntur Bonfrero esse maris Mediterranei. Nota in Script. per insulas, etiam peninsulales posse intellegi.

ELMELECH, Iosue 19. v. 26. urbs tribù Afer. Hanc Nicol. Sanſon candem facit cum Helba, Iudic. 1. v. 31.

ELON, Iosue 19. v. 43. & 3. Reg. 4. v. 9. urbs in tribu Dan.

ELON, Iosue 19. v. 33. urbs in tribu Nephthali.

ELTECON, Iosue 15. v. 59. Vide Elthece.

ELTHECE, Iosue 19. v. 44. & dicitur Elthece Iosue 21. v. 23. urbs in tribu Dan Levitis attributa. Eltecon Iosue 15. v. 59. inter urbes tribù Iuda recentetur, sed ei tribui fuit ablatæ & data Danitis. Bonfr.

ELTHECO, Iosue 21. v. 23. Vide Elthece.

ELTHOLAD, Iosue 15. v. 30. urbs tribù Iuda.

ELYMAIS, 1. Machab. 6. v. 1. civitas in Perside nobilissima, que 2. Machab. 9. v. 2. Persepolis nuncupatur.

EMATH, Num. 13. v. 22. & frequentissime occurrit in S. Scriptura. Est indubie varia distinguenda Emath in Scriptura; una, que absolute Emath dicitur, in extremis finibus terræ promissæ, ad Aquilonem iuxta Libanum montem vel Antilibanum. Hæc in fortem tribù Nephthali cedidit, Iosue 19. v. 35. verumtan Chananeis manit usque ad tempora Salomonis, ut patet 2. Paral. 8. v. 3. Hæc, quæ dicta fuerat Emath ab Amathæ filio Chanæan eius conditore, vel ab aquis calidis, posite ab Antiocho Epiphane dicta est Epiphania.

EMATH, 2. Paralip. 8. v. 3. & 4. Regio antefata civitati subiecta & usque ad trans Iordanem & terminos Damasci porrecta. Videtur fuisse in Syria Soba, ex 1. Paralip. 18. v. 3. ubi citatur sub nomine Hemath.

EMATH, 2. Esdræ 12. v. 38. turris Hierosolymitana nomen.

EMATRABBA, LXX. Amos 6. v. 2. ubi nostra Vulgata legit Emath magna. Et iuxta Bonfr. alio nomine vocatur Anzochia, caputque est Syriæ.

EMEC-ACHOR, Heb. Ios. 7. v. 24. vallis Achor. Vide supra Achor.

EMEC-RAPHAIM, Heb. & LXX. sic hanc vallem appellant Iosue 18. v. 16. Vide supra Cælus Titanorum.

EMER, 1. Esdræ 2. v. 59. & 2. Esdræ 7. v. 61. vocatur Emmer, urbs apud Babylonios, è qua nonnulli captivi redierant.

EMIM, Deut. 2. v. 10. & 11. erant populi statura giganteæ, qui primi habitarunt in regione Moabitarum.

EMMAUS vel EMAUS, Luc. 24. v. 13. oppidum five castrum sexaginta stadiis à Ierusalem. Locus hic à Vario exultus, posita ab Adriano ædificata Nicopolis est dictus.

EMMAUS, Ioseph. lib. 4. belli c. 1. & 2. & alibi, locus prope Tiberiadem, ubi Vespasianus castra posuit. Ibidemque Iosephus asserit Emmaus five Ammauntis nomen idem esse atque aquas calidas. Iuxta Calmet Emmaus ex Hebreo Chamat quod significat balnea aquarum calidaru[m], derivatur.

EMMER, 2. Esdræ 7. v. 61. Vide Emer.

EMONA, Iosue 18. v. 24. Villa tribù Benjamin.

ENAIM, Iosue 15. v. 34. urbs in tribu Iuda. Significat hæc vox geminos oculos, vel duos fontes. Bethenim, vel potius Bethenim, significat domum oculorum. Teste Calmet, En, Ein, Eén & In vox Hebreæ fontem significat; quare sæpe nominibus urbis & locorum præponitur.

ENAN, Num. 34. v. 9. & 10. vocatur villa Enan, Ezech. 47. v. 17. atrium Enon; item Ezech. 48. v. 1. dicitur atrium Enan terminus Damasci, & est in fine liminum Septentrionalium Terræ Promissæ, distinctumque à Theman & Palæto.

ENDOR, Iosue 17. v. 11. ubi diserte adscribitur dimidia tribui Manasse cis-Iordanæ. Adriom. eam vult in tribu Issachar, vel in utraque tribu collocare. Significat hæc vox fontem generationis; vel fontem urbis Dor.

ENGADDI, 1. Reg. 24. v. 1. & 2. locus in tribu Iuda in solitudine Ierichoni proximus. Significat hæc vox oculum hædi; vel fontem, aut oculum incisionis. Vineis, Cyperi & Balsami arbustis abundabat; hinc vinea Engaddi a Samolome memorantur, Cant. 1. v. 14. Saepius in Scriptura occurrit.

ENGALLIM, Ezech. 47. v. 10. videtur esse locus ad Iordanem, & partem Borealem Engaddi. Significat hæc vox oculum vitulorum.

ENGANNIM, Iosue 15. v. 34. Vide Engannim.

ENGANNIM, Iosue 19. v. 21. urbs tribù Issachar, Leviæ ex familia Gerzon aſsignata, Iosue 21. v. 28. ac 1. Paralip. 6. v. 73. Anem scribitur.

ENHADDA, Iosue 19. v. 21. civitas in tribu Issachar. Erat etiam Etate s. Hier. villa Enadda pergentibus de Eleutheropoli Aliam, adeoque in tribu Iuda, & a priori Enhadda distincta. Significat autem hæc vox oculum acutum.

ENHASOR, Iosue 19. v. 37. civitas munitionisima in tribu Nephthali. Significat hæc vox fontem ville.

ENON, Ezech. 47. v. 17. Vide Enan.

ENNOM, Iosue 18. v. 16. Vide Geennom.

ENSEMES, Iosue 18. v. 17. quæ vox idem est quod fons solis, ut loco cit. explicat versio nostra, cuius itidem fit mentio Iosue 15. v. 7. ubi nomen Hebraicum retinetur. Erat autem hic fons in communibus terminis Iuda & Benjamin, ad Orientem iuxta Ierosolymitanæ.

EPHA, Isaia 60. v. 6. regio iuxta Madianitidem in Arabia, sic appellata à nepote Abraham ex Cethura, Gen. 25. v. 2. & 4. & 1. Paralip. 1. v. 32. & 33.

EPHER, 3. Reg. 4. v. 10. terra in tribu Zabulon iuxta Seborim seu Diocesareum, ut testatur s. Hier. in procœm in Iona Prophetam. Videtur convenire cum Opher.

EPHESUS, urbs Ionie regionis in Asia minori, cuius multoies fit mentio in Act. Apoll. in ep. ad Cor. & ad Ephesios, & ad Timoth. in Apocalypsi. Est & etiam profanis auctoribus notissima, propter Diana Ephesia famam.

EPHRA, Iudic. 6. v. 11. & saepius, erat Gedeonis patria in dimidia tribu Manasse cis-Iordanæ.

EPHRAIM, tribus, que à mari ad Iordanem extensa maiorem obtinebat Samaria partem.

INDEX GEOGRAPHICUS.

EPHRAIM mons, Iosue 20. v. 7. & frequentius, magna ex parte est in tribubus Ephraim & Benjamin; unde ex variis script. locis colligimus omnes utriusque tribū montes sub uno montis Ephraim nomine aliquando comprehendit. Maximus tamen eorum montium tractus est is, qui tribū Benjamin dividit à tribū Ephraim, & aliquando regnum Iuda à regno Israhel.

EPHRAIM, 2. Reg. 18. v. 6. saltus in tribū Gad.

EPHRATA, Gen. 35. v. 19. & frequentius. Afferit textus ipsam esse Bethlehem. Eam Hier. in quinto, Euseb. vero in quarto ponit ab Ierusalem millario. Significat hæc vox ubertatem.

EPHREM, Ioan. 11. v. 54. civitas in regione iuxta desertum. Verum cum regio non nominetur, neque quodnam illud sit desertum, explicetur, obscurum manet ubinam illa civitas fuerit.

EPHRON, urbs in tribū Ephraim, 2. Paral. 13. v. 19. Alia est in Galaadite trans Jordanem, cuius mentio fit 1. Machab. 5. v. 46. & 2. Machab. 12. v. 27.

EPHRON, Iosue 15. v. 9. mons. Non est autem certum, utrum ibi Ephron non sit nomen viri, à quo nomen monti adhæserit.

ERECON, S. Hier. In nostra versione Iosue 19. v. 46. vocatur Arecon, quod vide.

EREMMON, S. Hier. Iosue 15. v. 32. Remon appellatur, quod vide.

ERGAB, LXX. & Patres ponunt & Argab & Argaph, Annegab & Negeb, quod postremum cum voce Hebreæ נֶגֶב Negeb quæ Austrum seu Meridiem significat, congruit. Hinc S. Hier. in nostra versione 1. Reg. 20. v. 41. dixit, de loco, qui vergebatur ad Austrum. Itaque non est nomen proprium, sed appellativum.

ESAAN, Iosue 15. v. 52. civitas in tribū Iuda.

ESDRELON, Iudith cap. 1. v. 8. & pluries in codem libro erat planities in Galilæa inferiore in tribū Zabulon iuxta Dothain & Bethuliam, quæ vocatur campus magnus Esdrelon.

ESRON, Iosue 15. v. 3. urbs tribū Iuda.

ESEM, Iosue 15. v. 29. urbs in tribū Iuda.

ESNA, Iosue 15. v. 43. urbs in tribū Iuda.

ESTAOL, Iosue 15. v. 33. urbs tribū Iuda attributa, & postea Iosue 19. v. 41. sub nomine Esthal tribū Dan adscripta: erat autem in confinio tribū Iuda, ut videtur insinuata 1. Paral. 2. v. 53.

ESTEMO, Iosue 21. v. 14. Vide Esthamo.

ESTHAMO, 1. Reg. 30. v. 28. civitas tribū Iuda Levitis data, quæ Iosue 21. v. 14. Estemo, & 1. Paralip. 6. v. 58. Esthamo nuncupatur. Aestate S. Hier. erat vicus prægrandis Iudeorum, qui locus ad Eleutheropolos pertinebat regionem.

ESTHEMO, 1. Paralip. 6. v. 58. vide Esthamo.

ETAM, 1. Paralip. 4. v. 32. urbs in tribū Simeon. Sæpius occurrit, ac in versione nostra Iosue 19. v. 7. Athar dicitur, quod vide.

ETAM, Iudic. 15. v. 8. petra.

ETHAM, Exod. 13. v. 20. & Num. 33. v. 6. mansio filiorum Israhel in ipso solitudinis aditu, quod Num. 33. v. 8. Desertum Etham appellatur, ac idem nomen aliquosque retinet trans mare rubrum.

ETHAN, Psal. 73. v. 15. ubi legitimus fluvios Ethan. Religia explicatione aliorum, adhæremus Bonfr. qui Ethan in hoc psalmo vult appellative sumi oportere, intelligique de Jordane siccato in ingressu filiorum Israhel, quo tempore, nempe mensis, pleno erat alveo, & redundantibus aquis rapi-dissimè ferebatur.

ETHER, Iosue 15. v. 42. eadem quæ Iosue 19. v. 7. Athar nuncupatur, prius tribū Iudea, postea Simeonitis data. Aestate S. Hier. erat villa prægrandis, nomine Iethira, in interiori Daroma iuxta Malatham.

ETROT, Num. 32. v. 35. urbs trans Jordanem in tribū Gad.

EUPHRATES, Gen. 2. v. 10. & 14. fluvius quartus ex iis qui irrigabant Paradisum; & postea fluvius magnus vocatur, ut

Gen. 15. v. 18. Deut. 1. v. 7. & cap. 11. v. 24. & Ios. 1. v. 4. Fluvius is maximus est, & è montibus Ararat five Armeniæ crumpens Cappadociam, Syriam, & Arabiam à dextera; Armeniam, & Mesopotamiam à sinistra alluit; Chaldaæque intersecans, recepto Tigri, in Persicum si-num evolvitur. Nicol. Sanson.

EXELSA BAAL, Num. 22. v. 41. Vide Baalberit.

EZEL, 1. Reg. 20. v. 19. lapidis vel petre nomen, ubi David latuit & à Ionatha sagittarum jactu, quid agendum esset, edocet est.

F

FANUM BAAL, Nicol. Sanson. Nostra lectio vulgata scribit Num. 22. v. 41. Excelsa Baal, ac est idem locus, qui supra Baalberit, quem vide.

FONS GIHON, 3. Reg. 1. v. 33. ad Occidentem urbis Ierusalem.

FLUMEN TERRÆ FILIORUM AMMON, super quod habitat Balaam, Num. 22. v. 5. cum autem is habitaret in Mesopotamia, Deut. 23. v. 4. hinc certum est, flumen istud esse Euphraten.

FONS AGAR, Gen. 16. v. 7. seu fons aquæ in solitudine, qui est in via Sur in deserto. Postea cecidit in fortem tribus Simeon, ad Meridiem.

& montis Sion. Vide & averrit 2. Paralip. 32. v. 30. FONS HARAD, Iudic. 7. v. 1. locus in quo castrametatus est Gedeon, sic dictus à formidine. Vide supra Aarad.

FONS HORTORUM, qui Cant. 4. v. 15. coniungitur cum puteo aquarum viventium, & fluit impetu de monte Libano.

FONS IACOB, Ioan. 4. v. 6. in Samaria prope civitatem Sichar.

FONS IEZRAEL, seu qui erat in Iesrahel, 1. Reg. 29. v. 1. FONS MISPHAT, Gen. 14. v. 7. Vide Cades.

FONS ROGEL seu **FULLONIS**, Iosue 15. v. 7. & cap. 18. v. 16. ad Orientem montis Sion in confinio duarum tribuum Iudea & Benjamin. Hunc fontem fullonibus properter recurrentes aquas usui suffit, certum est. Dicit Iosephus lib. 7. Antiq. cap. 11. Adoniam coronatum in hortis regiis ad fontem; quod Scriptura dicit factum ad fontem Rogel, 3. Reg. 1. v. 9.

FONS SAMSON, Iudic. 15. v. 19. in quo Samson, post detestos mille Philistheo, sicut, & vocatus est locus: Fons invocantis de maxilla.

FONS SIGNATUS, Cant. 4. v. 12. videtur certum eo nomine fontem designari; quis ubi sit, non est compertum. FONS SILOE, Isaie 8. v. 6. Cum autem hunc fontem cum Gihon confundam, vide Fons Gihon.

FONS SOLIS, Iosue 18. v. 17. Vide Enses.

FONS TAPHUÆ, Iosue 17. v. 7. iuxta communis terminos tribū Ephraim & dimidiæ tribū Manasse.

FORUM APII, Act. 28. v. 15. Vide Appii forum.

G

GAAS, Iosue 24. v. 30. & Iudic. 2. v. 9. pars Septentrio-nalis montis Ephraim.

GAAS 2. Reg. 23. v. 30. torrens, ex aquis ab eodem monte derivatis & collectis sic dictus.

GABA, Isaie 10. v. 29. apud Iosephum celebris. Ex Hebreo, videtur colligi, hospitii nomen esse aut diversoriis, non procul Ramah & Gabaath Saulis. Ex Iosepho lib. 3. Belli cap. 2. videtur dicta civitas equum, non procul à Libano.

GABAA, Iosue 15. v. 57. urbs in tribū Iuda in monte posita. Etiam 2. Reg. 5. v. 25. Gabaa pro Gabaon ponitur.

GABAA, 1. Reg. 7. v. 1. & 2. Reg. 6. v. 3. & 4. collis no-men in urbe Cariathiarim est, in quo pluribus annis arca quievit, ut ex locis citatis liquet.

GABAA, Iudith 3. v. 14. ubi sumitur pro terra Idumæorum, forte quod montibus & collibus esset respersa, cum Gabaa idem sit quod collis.

GABAA BENIAMIN, Iudic. 20. v. 4. Vide Gabee.

GA+

INDEX GEOGRAPHICUS.

GABAA SAULIS, 1. Reg. 11. v. 4. Vide Gabee.

GABAATH PHINEES, Ios. 24. v. 33. urbs in monte Ephraim, contra Eusebium, qui eam ponit in tribū Benjamin, ubi explicitis terminis loco citato ponit eam Scriptura in tribū Ephraim. Nec facit pro Eusebio, quod omnes urbes Sacerdotales essent in tribū Iuda vel Benjamin; siquidem locus hic extra ordinem datum fuit Eleazar & Phinees summis Pontificibus, utpote de toto populo Israhelito bene meritis. Deinde, conveniebat Pontifici iuxta Tabernaculum & Iosue ducis sedem, habitationem a signari, arque aede in tribū Ephraim. Ex Bonfr. Aestate S. Hier. erat Gabaatha villa in duodecimo millario Eleutheropolos.

GABAATH SAULIS, Isaie 10. v. 29. Vide Gabee.

GABAE, Iosue 21. v. 17. Vide Gabee.

GABAON, Iosue 9. v. 3. in tribū Benjamin legitur Ios. 18. v. 25. & inter civitates Sacerdotales recensetur Iosue 21. v. 17. Ioseph. lib. 7. Antiq. cap. 10. Gabaon tantum quadraginta stadiis vult distare Ierosolyma, quæ quinque milia Iudica tauntummodo efficiunt. Nisi ex protractis stadiis Iosephi quædam longior distanta foret.

GABEE, Iosue 21. v. 23. annumeratur Levitis pro familia Caath. Vide infra Gebbathon.

GABATHA, Ioan. 19. v. 13. ubi est vox Hebraica, significatque locum palati Pilati vicinum, in quo Pilatus in qua contra Christum sententiam pronunciavit. Græcè dicitur Lithostrotos, & significat stratum lapide.

GABEE, Iosue 21. v. 24. urbs tribū Benjamin quæ Iosue 21. v. 17. Levitis assignatur, & Gabae scribitur, prou & 1. Paral. 6. v. 60. Gabee, ac 2. Esdræ 11. v. 31. & cap. 12. v. 29. Gabee. Hæc parsim Gabaa Benjamin vel Gabaa Saulis appellatur, ut Iudic. 20. v. 4. & 1. Reg. 11. v. 4. quod hæc esset Saulis patria natalis, in eaque rex factus sedem posuerit regiam. Erat ad Aquilonem urbis Ierosolymæ.

GABIM, Isaie 10. v. 31. colligitur ex adiunctis ibi dem locum fuisse in tribū Benjamin. Sunt, ut testatur Calmer, qui hanc vocem non pro propria, sed appellativa significante colles, usurpant.

GABII, S. Hier. defumpta est vox ex LXX. Iosue 13. v. 4. In nostra tamen versione S. Hier. appellativè dixit: eu-fuge confinia. Tamen admodum verisimile est nomen esse patronymicum, quod Latinæ Giblum dicemus à Gebal urbe Phœnicie. Seniores Bibliorum in LXX. apud Ezech. 27. v. 9. & Senes Giblum, ut nostra versio ibi habet, idem sunt. Vide supra Byblos, & infra Gebal.

GAD, tribus una ex duodecim tribubus, sic dicta à Gad septimo filio Iacob, Gen. 30. v. 11. & locata trans Jordanem extra Palæstinam stricte dictam, Num. 32. v. 33.

GADARA, Græca Marc. 5. v. 1. & Luc. 8. v. 26. & 37. legunt, regionem Gadarenorum; & nostra Vulgata, regionem Garasenorum, cum quo consistit, quod Gadara sit distincta à Gerasa, & paulò Orientalior, ac à Mari Galilæe nonnulli sciuntur. Licet ex collatione textus Graci cum Latino vi-detur esse eadem civitas cum Gerasa. Vide Gerasa.

GADDI, 1. Paral. 12. v. 28. Vide Gadi.

GADER, Iosue 12. v. 13. ipsa est civitas, quam Gaderam vocat, ac in tribū Iuda collocat ipsem Iosue, cap. 15. v. 36.

GADER, turris ubi Ruben patris Iacob thorum violavit, Gen. 33. ubi v. 21. verso nostra meminit turris Gregis, in Hebreo est turris Eder.

GADEROTH, 2. Paral. 28. v. 18. urbs in tribū Iuda, ac eadem que Iosue 15. v. 41. dicitur Gideroth.

GADGAD, Num. 33. v. 32. Israhelitarum statio in deserto inter Beneiaacan & Ietebetha.

GADI, LXX. 4. Reg. 10. v. 33. non est nomen urbis, sed pro tota tribū Gad ponitur; unde & versio nostra habet Gad. In Hebreo 1. Paral. 12. v. 8. in Hebreo Gadi, in versione nostra Gaddi ponitur, quod videlicet posset pro loci nomine possum, cùm portio explicari debeat per nomen patronymicum de Gaditis. Sic & Gadi rursum pro Gad ponitur 2. Reg. 23. v. 36.

GADOR, 1. Paral. 4. v. 39. eadem quæ Gedor, Iosue 15. v. 38. Hanc Simeonitæ occuparunt sub Ezechia rege, 1. Pa-

ralip. 4. v. 39. & postea eam tenerunt Gentiles, 1. Mach. 15. v. 39. 40. & 41. Eam in tribū Dan reponit Adrichomius. Vicus erat prægrandis, ætate S. Hier. Gedrus dictus, inter Diospolim & Eleutheropolim. Vide infra Gedor.

GALAAD, Gen. 31. v. 48. mons, in quo Iacob & Laban tu-mulm tellis, vel acervum testimonii erexere: ad ter-ram est Phœnices & Arabiæ, collibus Libani copulatus.

GALAAD regio, Num. 32. v. 1, à monte Galaad extende-batur per desertum uique ad habitaculum quondam Sehon regis Amorræorum trans Jordanem. Cecidit in fortem filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ tribū Manasse. Deut. 3. v. 12. 13. 15. & 16. Utrum detur civitas nomine Galaad

particularis, disputatur, propter textum Iudic. 12. v. 7. ad quem Bonfr. respondet ibi Galaad sumi in genitivo; quamvis fateatur & illud difficultate non carere.

GALATIA, 1. Machab. 8. v. 2. & frequentius. Asia minoris regio à Galilis aliquando occupata, ac Gallo-græcia dicta.

GALGAL, Iosue 12. v. 23. urbs regia. Ubi autem fuerit, fa-tente Bonfrero, manet obscurum.